



Universitätsbibliothek Paderborn

Triapostolatvs Septemtrionis

Caesar, Philipp

Coloniæ Agrippinæ, 1642

8. De legatione Sueonum ad Imperatorem Ludovvicum, postulantium, vt
eis Prædicatores mitteret, & de visione Patris Ansgarij, vt annunciatret.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43650

CAPUT VIII.

De Legatione Sueonum ad Imperatorem Ludovici
cum pro predicatoribus, & de visione Patris
Ansgarij, ut annunciatet.

Interim vero contigit Legatos Sueonum ad memoratum principem venisse LHudovicum: qui inter alia Legationis suæ mandata Clementissimo Cæsari innotuerunt; esse multos in Gente sua qui Christianæ religionis cultum suscipere desiderarent, Regis quoque sui animum ad hoc satis beniuolum, ut ibi Sacerdotes Dei esse permitteret, tantum eius munificentia mererentur, ut prædicatores eis destinaret idoneos. Quod religiosissimus audiens Imperator, plurimum exhibatus, denuo querere cœpit, quos in illas partes dirigeret, qui probarent utrum populus ille ad credendum paratus esset, sicut Misericordia illi tradere inciperent. Vnde factum est, ut iterum cum memorato Abbe vistro Serenissimus Imperator tractare cœperit, si quem forte de suis Monachis inuenire posset, qui pro Christi nomine in illas partes ire vellet; aut certè qui cum Heroldo moraretur, Servus Dei Ansgarius illam susciperet Legationem. Qua de re contigit, ut regio iussu ab hinc ad Palatium vocaretur: cuique definitum est, ne se raderet, antequam ad presentiam Imperatoris veniret. Vir autem Dei ad quid vocaretur omnino prænoscens, cœpit toto

S. Ansgari-
us qui agrum
Audbertum
ex Dania
duxerat, in
in Suediam
mittitur.

toto cordis feroore in Dei amore exardeſcere,
& omne gaudium existimare, si lucrantis ſibi
animabus liceret iuſtare. Si quid quoque
in huiusmodi profectione contrarietatis ſive
aduerſitatis accidere ei poſſet, proposuit a-
nimo patienter pro Christo tolerare. Nihil-
que dubietatis in corde pro tali gerebat opere:
quoniam visionis diuinæ, quam antè p̄zui-
derat conſolabatur munere: ſiquidem ſupra-
dicto tempore, cum apud vos maneret, etiam
duabus visionibus cœlitus inspiratus habe-
retur. Quadam nocte viſum eſt ei, quod ve-
niſſet in quandam domum, vbi plures ex or-
dine Prædicatorum, ad p̄zdicandi officium
præparati aſtabant: Coram quibus ſubitò in
excessu mentis raptus, videbat inmensi lumi-
ni claritatem ſuper Iolis radium de cœlo e-
missam ſe circumfulſiſſe; Cumque mira-
retur quid hoc eſſet, vox quoque penè ſimilis
illi, quam in prima viſione ſe audiffe narra-
uerat, facta eſt ad eum, dicens: Dimiſſum eſt
peccatum tuum. Cui ille diuino, ut credimus,
aſflatus Spiritu, respondit, dicens: Domine, cap. 3.
quid viſ ut faciam? Et iterum vox ſonuit, di-
cens: Vade, & annuncia Gentibus Verbum
Dei. Hanc itaque viſionem Seruus Dei per-
traetans animo, lætus gaudebat in Domino,
videns iam ex parte impletum quod ſibi impe-
ratum fuerat, & ad maiorem laboris ſui
cumulum etiam Sueonibus Verbum
Dei nunciare cupiens.

*Viſio S. An-
garij quin-
ta.*

*Prima. i. 8.
priors ali-
qua: eſt e-
nim verba.*

E

CAP.